Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ccxcvj.

adhēt dñō; unus ſpūs
ē. Fugite fornicationē.
Omne enim peccatum
q̄cūq; fecit hō extra corp̄
ē: qui aut̄ fornicat̄ in
corpus ſuū peccat. An
nescitis q̄m membra
tēpli ſunt ſpūſcti
q̄ in vob̄ ē, quem habetis
a deo, et non estis vri?
Empti enim estis pretio ma
gno: glificate et portate
deum in corpore vro. ℣.
Uxor tua sicut vitis ab
undans in lateribus domus
tue. ℣. Filii tui sicut novel
le olivarum in circuitu mense
tue. Alla: Laudate dñm de
nim laudate dñm in vita
mea psallā deo meo q̄diu
fuero. matheum. eo.
Quam dilecta tabernacula
tua dñe virtutum: concupiſcit
et deficit anima mea in atria
domini: cor meum et caro
mea exultaverunt in deum vivum.
Et enim passer invenit sibi domum
et turtur nidum ubi reponat
pullos suos: altaria tua dñe
virtutum rex meus et deus meus.
Beati qui habitant in domo tua
dñe in seculum seculi laudabunt
te. Beatus vir cui est auxilium
abeo: ascensiones in corde suo
disposuit in valle lacrimarum
in loco quem posuit. Etenim
benedictionem dabit legislator
ibunt de virtute in virtutem
videbitur deus deorum in Sion.
Dñe deus virtutum exaudi
orationem meam auribus per
cipe deus iacob. Protector noster
aspice deus et respice in faciem
christi tui quia melior est
dies una in atriis tuis super
milia. Elegi abiectus esse in
domo dei mei magis quam
habitare in tabernaculis
peccatorum quia misericordiam
et veritatem diligit dominus
gratiam et gloriam dabit
dominus. Non privabit bonis
eos qui ambulant in innocentia
dñe virtutum beatus homo
qui sperat in te. Dñe exaudi
orationem meam auribus per
cipe obsecrationem meam in
veritate tua exaudi me in
iustitia tua. Et non intres
in iudicium cum servo tuo
quia non iustificabitur in
conspectu tuo omnis vivens.
Quia persecutus est inimicus
animam meam humiliavit in
terra vitam meam. Collocavit
me in obscuris sicut mortuos
seculi et anxiatus est in me
spiritus meus in me turbatum
est cor meum. Memor fui
dierum antiquorum meditatus
sum in omnibus operibus tuis
in factis manuum tuarum
meditabar. Expandi manus
meas ad te anima mea sicut
terra sine aqua tibi. Velociter
exaudi me dñe defecit spiritus
meus. Non avertas faciem
tuam a me et similis ero
descendentibus in lacum.
Auditam fac mihi mane
misericordiam tuam quia in
te speravi. Notam fac mihi
viam in qua ambulem quia
ad te levavi animam meam.
Eripe me de inimicis meis
dñe ad te confugi. Doce me
facere voluntatem tuam quia
deus meus es tu. Spiritus
tuus bonus deducet me in
terram rectam propter nomen
tuum dñe vivificabis me in
equitate tua educes de tribu
latione animam meam. Et
misericordia tua disperdes
inimicos meos et perdes
omnes qui tribulant animam
meam quoniam ego servus
tuus sum. Gloria patri et
filio et spiritui sancto. Sicut
erat in principio et nunc et
semper et in secula seculorum
amen. Ant. Ecce sic benedicetur
omnis homo qui timet dñm.
Benedicat te dñs ex sion ut
videas bona hierusalem omnibus
diebus vite tue et videas filios
filiorum tuorum pax super
israhel. Ps. Beati omnes qui
timent dñm qui ambulant in
viis eius. Quia labores manuum
tuarum manducabis beatus es
et bene tibi erit. Uxor tua
sicut vitis habundans in lateribus
domus tue. Filii tui sicut novelle
olivarum in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo qui
timet dñm. Benedicat te dñs
ex sion ut videas bona hierusalem
omnibus diebus vite tue et videas
filios filiorum tuorum pax super
israhel. Ant. Ecce sic benedicetur
omnis homo qui timet dñm.
Benedicat te dñs ex sion ut
videas bona hierusalem omnibus
diebus vite tue et videas filios
filiorum tuorum pax super
israhel. Ps. Nisi dñs edificaverit
domum in vanum laborant qui
edificant eam. Nisi dñs custodierit
civitatem frustra vigilat qui
custodit eam. Vanum est vobis
ante lucem surgere surgite
postquam sederitis qui manducatis
panem doloris. Cum dederit dilectis
suis somnum ecce hereditas dñi
filii mercis fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis
ita filii excussorum. Beatus vir
qui implevit desiderium suum
ex ipsis non confundetur cum
loquetur inimicis suis in porta.
Gloria patri et filio et spiritui
sancto. Sicut erat in principio
et nunc et semper et in secula
seculorum amen. Ant. Ecce sic
benedicetur omnis homo qui
timet dñm. Benedicat te dñs
ex sion ut videas bona hierusalem
omnibus diebus vite tue et videas
filios